Fragmentarium

ad colloquendum · ſed etiam ad uescen-
dum recepti ſunt. Quod uidentes
pharisei · dedignati ſunt. Et ſic quare
colligitur: quia uera iuſticia compaſ-
ſionem habet · falſa iuſticia dedigna-
tionem: quamuis et iuſti ſoleant recte
peccatoribus indignari. Sed aliud eſt
quod agitur typo ſuperbie · aliud quod
zelo diſcipline. Dedignantur etenim
ſed non dedignantes · deſperant ſed non
deſperantes · perſecutionem commouent
ſed amantes · quia et ſi foris increpa-
tiones per diſciplinam exaggerant · intus
tamen dulcedinem per caritatem ſeruant.
Preponunt ſibi in animo · XI ·
ipſos plerumque quos corrigunt ·
meliores exiſtimant eos quoque
quos iudicant. Quod uidelicet agen-
tes · et per diſciplinam ſubditos · et per humi-
litatem cuſtodiunt ſemetipſos. At contra
hi qui de falſa iuſticia ſuperbire ſolent ·
ceteros quoſque deſpiciunt · nulla infir-
mantibus miſericordia condeſcendunt · et
quo ſe peccatores eſſe non credunt · eo
deterius peccatores fiunt. De quorum
profecto numero pharisei extiterant ·
qui diiudicantes dominum quod peccatores
ſuſciperet · arenti corde ipſum fontem
miſericordie reprehendebant. · XII ·
ſed quia egri erant · ita ut
egros ſe eſſe neſcirent · quatinus

3e Hom
274

centum oues? Et ſi perdiderit unam
ex illis · nonne dimittit nonaginta no-
uem in deſerto · et uadit ad illam que
perierat? Ecce mira diſpenſatione
pietatis · ſimilitudinem ueritas dedit · quam
et ipſe in ſe homo recognoſceret · et tamen
hec ſpecialiter ad ipſum auctorem homi-
num pertineret. Quia enim centenari-
us numerus perfectus eſt · ipſe centum
oues habuit · cum angelorum ſubſtantias
et hominum creauit. Sed una ouis
tunc periit · quando peccando homo
paſcua uite dereliquit. Dimiſit autem
nonaginta nouem oues in deſerto · quia
illos ſummos angelorum choros reliquit
in celo. Cur autem celum deſertum
uocatur · niſi quod deſertum dicitur
derelictum. Tunc autem homo celum
deſeruit · quando peccauit. Dominica IIII.
In illo tempore. Secundum Lucam.
Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis. Eſtote
miſericordes · ſicut et pater ueſter miſeri-
cors eſt. Nolite iudicare · et non iudica-
bimini. Nolite condempnare · et non
condempnabimini. Et reliqua. Omelia venerabilis
Bede presbiteri de eadem lectione.
Hoc loco nobis nichil aliud
precipi exiſtimo · niſi ut
ea facta que dubium
eſt quo animo fiant ·
in meliorem partem interpretemur.

License: public_domain – Mechelen, Aartsbisschoppelijk archief Mechelen-Brussel, archief van het kapittel van Sint-Rombouts Mechelen, 439/25, fol. [2] r – Office lectionary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-n4it/10569/76771)